

Hermann Lembke Matthias Schröder

Disputatio Inauguralis De Probatione

[Rostock]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735193150>

Druck Freier  Zugang



Beweis

R 2 jur. 1660

Herman Lemcke, Preis. 1/6

Matthias Schröder, Resp.

mit Programm u. Gratulationen.

17
Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
PROBATIONE,

Quam
DEO JUVANTE
Ex Decreto & autoritate MAGNIFICI
ac Amplissimi Jctorum Ordinis incelebratis-
sima ad Varnum Academia,

PRÆSIDE

*Viro Amplissimo, Consultissimo atq[ue]
Excellentissimo*

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DN. HERMANNO Lembken/
J.U.D. Professore Ordinario ac Facultatis
Juridicæ ad hunc actum DECANO Spectabili,
Dn. Præceptore, Promotore ac Patrono,
Edissimo, Magno æternumque
devenerando,

PRO LICENTIA

Summos in utroq; Jure honores
& privilegia Doctoralia consequendi,
Publicitùs discutiendum exhibet

MATTHIAS Schröder

Rostochiensis,

In Auditorio Majori ad diem V. Julii

Horis ante & pomeridianis.


*promotus in Licent.
Ao. 1664. 28. Julii*
Typis Hered. NICOLAI KILII, Acad. Typogr. 1660.

1660

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
PROBATIONE

DEO IUVANTE

Ex Decreto & auctoritate MA GUSTICI
ac Amplissimi Rectorum Ordinis inceptorum
Imms ad Varnum Academiae



DR. HERMANNO GEMBERTO

MD. Professore Ordinario ac Facultatis
Juridicae ad hunc aetiam DECANO SPECTABILIS
Dni Praeceptorum, Promotorum ac Patronorum
Fidissimo. Magnae reverentiae
Devotissimo

PROLICENTIA

Summos in auro; Jurchonos
& privis in Doctoris condandis
Publicis discipulis exhibere

MATTIAS GEMBERTO

Rostochiae
In Aedibus Martii ad diem V. Julii
Horstner & Pöppelmann

Typographus NICOLAUS KILL, Aetatis 27. aetate 1800

I. N. D. N. J. C.

CONCLUSIO I.

Probatio (a) in genere, est actus, quo de re dubia fides fit per argumenta (b) Estq; vel Judicialis vel Extrajudicialis (c), Illa in judicio (d) super re controversa Judici (e) facit fidem per legitimos modos. Hac vel iudici ante iudicium (f) vel alii, non iudici, extra iudicium: Utraq; subdividi potest in plenam & semiplenam (g).

a) **O** Rigo probationis debetur dubitationi *Novell. 44 c. l. §. 3. per controversiã A. ortæ l. 16. C. de prob. Oldend. in tr. de prob. quest. quid sit probatio.* Nec dubitatio jam foret, si Adamus cum posteris statum innocentie non sædasset, Post lapsum v. Adami, cum natura in nobis esset corrupta usq; gentiũ secundariũ dominiã, iure creationis & nature non distincta *Præt theat. polit. mēb. 1. tam ratione personarum, quàm rerum distinxit l. 5. ff. de J. & J. & 11. libb. 1. & 2. J. fieri non potuit, quin & iudicium perstreperet rerum controversiis, & probationis fulmen in homines vibraretur Oldend. d. l. Hunc nature lapsum & respexerunt Jus divinũ Matth. 18. v. 18. Jus Canonicum & Civile tam Vetus quam Novum c. 13. X. de iudic. junct. tr. X. de prob. tr. ff. & C. d. 1. Ordin. Cam. p. 3 tit. 16. und so der halben & tit. 17. R. J. de Anno 1654 §. 31. welchem End & seqq. P. N. O. art. 20, 23 30. & passim ut in. hodie probatio non sit de substantia iudicii sed de ordine iustitiæ *Vant. de null. Sent. ex des. process. n. 37. 38. & 39.* Paronymicè probatio dicitur secundum Accursium in rubr. C. de prob. ab adverbio probe. idq; respectu adversarii *Salyc. ad rubr. C. de prob.* quia probe agit, qui probat, quod intendit *Gædd. in tr. d. 13. in proãm. litt. C.* respectu iudicis à probe, quia efficit, ut probum ac rectum nec calumniose aut improbè confectum iudicetur id, quod intendit *Donell. lib. 25 c. 1. litt. A.* Homonymiam probationis extra sensum iudicium detegit *Masc. vol. 1. q. 3. n. 5, 6 & 7.* in sensu iudicis *Hahn. ad Wesf. ff. de prob. n. 2.* qui simul & late & strictè significationis species subjungit. Sitis Synonymiam? *Masc. d. l. n. 9.* sitim extinguet, ad quem brevitatis causa remitto. b) **B.** Per hæc denotatur quicquid quocunq; modo rei dubiæ fidem facit *Everh. in Proãm. Topic. Legal.* inde dicta, vel quod arguto & subtili qf. artificio sint elicitæ *c. 10. X. de V. S.* vel quod arguant mentem *Salyc. ad rubr. C. de prob.* Sunt vel Artificialia vel Inartificialia, illa ex ipsius causæ controversæ argumentis & è quatuor Topicis, Toto sc. partibus, notatione, rebus affectis deducuntur, sed videantur hic *Everh. & Oldend. in Top. Leg.* Hæc extrinsecus assumuntur, uti & sunt leges & distinctim præsumptiones. c) *Wesf. in parat. ff. de prob. Hahn. ad d. l. n. 2.* Estq; illa divisio rei per C. circumstantias, cæteræ divisiones cui sunt ad palatum, adeat Dd. d) Varias hujus D. vocabuli significationes depingit *Marant. de ord. jud. p. 1.* Hic sumitur, uti in ff. C. & X. de iudic. pro legitima litigantium coram iudice disceptatione & iudicatione*

A

incipitq;

E. incipitq; à litis contestatione l. 15. ff. rem. rat. hab. l. un. C. de L. C. Gaill. 1. O. 74. n. 3. e) l. 19. §. 1. C. de test. c. 4. X. de rescript. can. 3. caus. 4. q. 2. & 3. ei; competenti l. 18. C. de prob. Quis autem ratione jurisdictionis (quæ & hodie rectè dividi potest in jurisdictionem in specie sic dictam & in Imperium) competens sit iudex, is partim ex personis litigantibus, partim ex causis in iudicium deductis dijudicatur, de quo tractant Processuum scriptores, Vid. Matth. Steph. de Jurisd. l. 1. c. 28, 29, 30, 31, 32. Guielm. Roding. Pand. Camer. l. 1. de jurisd. Ord. Cam. p. 2. tit. 2. usq; ad tit. 28. Nec tantum iudicis appellatione pedaneum intelligimus, sed & ipsum magistratum arg. l. 2. C. de Pedan. jud. Imò & arbitrum, quoniam & arbitria ad instar iudiciorum sunt

F. redacta l. 1. ff. de recept. qui arb. f) Propriè & strictè ita sumtum & sic ante L. C. Hahn. ad Wesf. de prob. n. 2. circ. f. Locum habet extrajudicialis probatio 1. in Examine testium, quæ fit ad perpetuam rei memoriã c. 5. in pr. ut lit. non contest. de qua vide Gaill. 1. O. 92. & Hahn. ad Wesf. de test. n. 5. 2. Si agatur per viam inquisitionis d. c. 5. §. sunt & alii casus 3. Si convenerit inter partes, ne solennitates iudiciales adhibeantur l. f. inf. C. de temp. app. 4. In Exceptionibus dilatoriis usq; iudicii declinatoriis l. ult. C. de Except. jurid. l. 19. C. de prob. 5. In exceptionibus preceptorii privilegiatis Gedd. d. 13. th. 5. lit. b. quæ ex parte appellantur litis finitæ ideò, quod ante L. C. finiam controversiam Bacch. ad Tr. v. 2. d. 26. th. 8. ut sunt rei iudicatæ, transactionis, jurisjurandi & præscriptionis, quibus addi solent hæ, quæ propriè non sunt exceptiones, sed defensiones, modo in continentis probari possint

G. Bacch. d. l. g) arg. l. 5. C. de prob. Const. Carol. arr. 30. Mas. v. 1. q. 4. n. 11. Gaill. 2. O. 20. n. 5. Myns. 1. O. 68. & 93. Plenæ Species cum Hahnio ad Wesf. de prob. n. 4. constituimus sex, de quibus in conclus. 4. Semiplenæ vulgo quidem recensentur quatuor, Testis unicus, privata Scriptura cum comparatione litterarum, fuga rei & fama, sed non abs re putamus, si cum Bacchovio ad Tr. v. 2. d. 4. th. 2. litt. G. qui fortasse secutus est Bartolum in l. minore §. tormenta ff. de quest. arbitrium iudicis hic plurimum valere adeoq; hoc ad certas non posse reduci species dicamus.

CONCLUSIO II.

Actores (a) reo Contradicente (b) vel Excipiente (c) tenentur intentionem suam probare (d) etiam negativam (e), quæ est triplex, Juris, (f) facti (g) & qualitatis (h).

- A. a) Vocabulo sumto non in significatione latissima, ut in l. 5. §. 3. ff. de dol. mal. exc. l. 19. ff. de fideic. lib. l. 24. ff. de adm. & per. tut. neq; in stricta, quatenus opponatur Syndico, Oeconomio & Procuratori, sed in lata, pro iis, qui res principaliter in iudicio tractant, ut etiam comprehendantur Accusatores arg. l. 4. C. de Ed. Salyc. ad d. l. & Reil. l. 1. ff. de Exc. Gloss. ad l. 19. de prob. in litt. m. modo legitimam in iudicio standi
- B. personam habeant. b) Donell. l. 25. c. 2. litt. k. Masc. vol. 1. q. 17. n. 1. Specul. rr. de prob. §. probare autem n. 1. reo n. non contradicente, iudicis partes sunt, ut cum condemnent

mnet actori arg. l. 35. §. 2. ff. ad L. A. l. 56. de re jud. l. 1. & 3. ff. de conf. Quid verò si reus
 taceat, an habeatur pro negante an v. confitente? Quoad hunc casum distinguim⁹,
 an reus taceat statim à citatione & libelli oblatione, an in ipso actu litem contestā-
 di, an v. post L. C. Primo casu neq; negat neq; fatetur arg. c. 15. qui tacet de R. J. in 6.
 & l. 142. ff. d. t. sed videtur viam elegisse deliberandi, num velit contendere an v. liti
 cedere l. 1. ff. de Ed. Secundo casu reus cogendus est ad respondendum Pacian. de pr.
 l. 1. c. 30. vel captis pignoribus vel multa indicta arg. l. 1. §. 3. de Ven. Insp. & si omni-
 no nolit, actor tam in causis civilibus, quàm criminalibus petere potest vel ut reus
 poena afficiatur, vel ut ipsemet in possessionem bonorum mittatur O. C. p. 3. tit. 43.
 §. Und so der Aneworter vel ut servato juris ordine lis pro contestata acceptetur
 & postea articuli ad probandum admittantur Gaill. 1. O. 80. n. 2 & d. O. C. §. Wo aber
 Kläger qui posterior modus prioribus duobus rejectis Novis: Imp: Recess. de an.
 1654. p. 70. §. Würde hierauff solus comprobatus est. Tertio casu ob contuma-
 ciam positiones habentur pro confessatis c. 2. de conf. n. 6. Gaill. d. l. O. C. p. 3. tit. 15. §.
 Begebe sich aber. In criminibus si absens à citatione taceat nec cõpareat, pro con-
 tumace habetur & contra eum proceditur de consuetudine ad bannum Brunm: in
 tr. de proc. inquis. c. 8. n. 22. de jure civili si crimina sint supra relegationem, requisita
 nec intra annum comparentis bona jam ante annotata rediguntur in fiscum l. 1. §.
 2, 3. & 4. ff. de requir. reis hodie a. conservantur proximis heredibus s. hi sint ad-
 scendentes s. descendentes & collaterales Ord: crim: art: 206. contra Nov. 134. c. 13.
 c) i. e. proponente exceptionem juris l. 1. C. de prob: l. 9. C. de Exc. Salyc. ad l. 8. C. de C.
 prob. Nec interest reus præmissa negatione eam proponat conditionalem (h. m.
 nego commodatum & si apparet de commodato, oppono exceptionem satisfac-
 tionis) Gloss: ad c. 63. de R. J. in 6. an, nulla negatione præmissa vel simpliciter Sa-
 lyc: ad l. 19. C. de prob. n. 5. aut sub conditione (h. m. si mutuaisti, solvi) c. 6. vers. Idem
 nõdũ Episc. X. de Exc. Sed, si reus opponat exceptionẽ qualificatã s. modificatam, an
 habeatur pro negante an v. confitente quæstionis est? Prius affirmamus, si nulla
 præsumtio juris sit contra qualitatem confessioni annexã, reusq; in unica orat i-
 one vel duabus, simul tamen connexis qualificativè confiteatur Marant: de ord: ju-
 dic: p. 6. act: 5. n. 27. Pacian. d. t. l. 1. c. 25. qui & sitientibus propinabit singularum ex D.
 ceptionum limitationes ampliationesq; d) l. 2. l. 5. l. 19. l. 21. ff. l. 8. l. 23. C. de prob. l. f.
 C. de R. V. nullo personarum vel causarum respectu habito, uti probatur è generali-
 tate dd. textuum & in specie ex caus: 6. q. 2. can. 1. 2. & 3. Imò licet constet reum in-
 causa nullum habere jus d. l. f. Actore n. non probante, qui convenitur, etsi nihil
 præstiterit, absolvitur à petitis l. 4. C. de Ed. c. ult. X. de Jurej. Fallit a. Regula hæc,
 Actor debet probare, 1. Si reus in se suscipiat onus probandi l. 14. ff. de prob. Salyc.
 ad l. 8. C. d. t. c. 1. X. de restit. spoliar. Gloss: in c. 6. caus: 20. q. 2. quo tamen in casu si defi-
 ciat probatio, nihilominus actor suã intentionẽ probare debet, si in causa obtine-
 re velit, nec reus, actore non probante, perdit privilegium absolutionis ab instan-

ria actoris, licet sibi noceat in eo, quod probare voluerat *Salyc. ad d. l. n. 2. Glos. ad l.*
2. §. ult. ff. de prob. nisi se ad causæ perditionē obligaverit, 2. Si reus præmissa con-
fessione excipiat l. 9. C. de Exc. 3. Si præsumtio juris sit contra reum l. 16. C. de prob.
& ibi Salyc. n. 2. l. 5. C. de cod. l. 51. ff. de don. inter viri & uxor. can. 3. can. 12. q. 3. c. 15. X. de
restam. Peretz in cod. de prob. n. 18. 4. Si iudex reo deferat juramentum l. 34 §. 6. &
38. de jurej. c. 7. caus. 16. q. 3. c. 2. X. de prob. puta judiciale decisorium, non æstimator-
ium, vel in casu dubio ex adpectu tam faciei quam corporis reo injungat proba-
tionem ætatis Glos. ad l. 43. ff. de miu. 25. ann. Menoch. d. A. 1. Q. cas. 117. 5. Si inten-
tio actoris fundata sit in eo, quod ut plurimum sit Salyc. ad l. 4. C. unde legit. n. 2. &
ad l. 10. C. de prob. n. 2. Glos. ad eand. l. 6. In duobus casibus de soluto indebito, quos
notat l. 25. pr. & §. 1. ff. de prob. Interdum etiam tam actor quam reus eodem tem-
pore ad probandum admittuntur, ut in judiciis communibus & duplicib9 inter-
dictis c. 3. X. de prob. l. 13. de judic. §. 7. 3. de Interd. Wes. in par. ff. sin. reg. n. 7. Item in
Crimine falsi, læsæ Majestatis, prodicionis patriæ, peculatus & militiæ desertæ l. 3.
in f. C. de abol. l. 22. C. ad L. Corn. de falsi. Specul. tr. de prob. §. probare a. n. 15 & 16. Et ob-
tinet in his, qui suã intentionem plenius probavit, aut de antiquiore justioreve ti-
tulo docuit, si v. uterq; sint in pari causa, melior est causa possidentis c. 3. X. de prob.
E. *Peretz in Cod. d. t. n. 20. e) Anton. de Butr. in c. 23. n. 58. vers. hæc sit regula X. de Elect.*
Luc. de Pena. l. 1. col. pen. vers. quis ergo prob. C. de fid. instr. Salyc. ad l. 2. n. 15. vers. verum
tamen attende C. de Jure Emphyt. Vant. de null. process. à quo & quib; mod. n. 1. Hercul. in
F. *17. de prob. neg. n. 22 junct. n. 4. f) Quæ dicitur, qn. negatur aliquid de jure posse*
fieri vel fuisse factum, sitq; vel de genere permissorum vel de genere prohibitorū,
si sit de genere prohibitorum vel eorum, de quibus dubitatur an sint prohibita, ab
affirmante probari debet, sin de genere permissorum vel eorum de quibus dubita-
*tur an sint permissa, à negante *Pacian. l. 1. c. 36. n. 27. & 28. Salyc. ad l. 43. n. 7. vers. dia**
secundū Dynū de prob. Hercul. d. t. n. 6. & 9. licet quoad contractus, in minore limite,
tur l. 13 §. f. de publ. act. In Judiciis si negetur solennitas juris abfuisse, interest secundū
Specul. de prob. §. probare autem n. 5. an fiat negatio post rem judicatam, an v. ante,
priori casu in causa nullitatis ob præsumtionem, quam processus pro se habet, ne-
gatio à negante probanda venit arg. c. 6. X. de renunc. posteriori v. casu non arg. c. n.
G. *X. de prob. g) Quæ est secundum recentiores vel pura & simplex vel limitata seu*
prægnans. Hæc a negante probari debet si non directo, at tamen per indirectum
c. n. pr. X. de prob. Peretz in Cod. d. t. n. 10. Bacch. ad Tr. vol. 2. d. 4. th. 1. litt. b. De illa
quãvis multi id negarint, dicentes eam eo ipso probari, quo contrarium non proba-
tur per Glos. in l. 2. in verb. interceptisse C. de Error. Advoc. nos tñ. id affirmamus s.
neget actor l. reus per text. c. 27. caus. 2. q. 7. nisi l. reus opponat exceptionem non
numeratæ pecuniæ & dotis l. 3. C. de nō num. pec. Glos. in l. 19. in verbo velut ff. de prob. 2.
se se fundet in negativâ, ostendente inhabilitatem personæ e.g. si opponatur tutori
*agenti, quod non confecerit inventariū *Pac. l. 1. c. 51. n. 65. & seqq. defectus n. inven-**
tarii

rarii illum in iudicio agendi fecit inhabilem l. f. f. C. arb. tur. 3. Actor negans sit dominus vel creditor & adversarius ipsi, non tertio, ad dandum vel faciendum sit obligatus Salyc. d. l. n. 15. & 16. C. de t. h) Quæ est vel Intrinsicæ vel Extrinsicæ, H. Hujus sunt tam bona fortunæ, ut divitiæ, quàm mala ejus, ut paupertas, Illius sunt bona animi & corporis: Et vel naturalis, ut sanitas, pulchritudo virginitas vel Accidentalibus, ut artes, scientiæ: Negativæ qualitatis ejusq; intrinsicæ & naturalis probatio incumbit neganti arg. l. nec Codicillos C. de codic. Accidentalibus & quidem si agatur de aliquo promovendo, affirmanti per examinatorum arg. c. 16. X. de prob. l. 7. C. de prof. & Med. Sin de removendo, neganti Salyc. ad l. 23 n. 10. C. de prob. Pac. l. i. c. 13. n. 42. Extrinsicæ qualitatis neganti s. ille sit actor l. reus l. qualitas affirmativa s. negativa Bald. in l. si verò §. qui pro rei ff. qui satud. cog. Bart. in d. §. qui pro rei n. 6. vers. quero ergo.

CONCLUSIO III.

Quæ sunt facti (a) si negentur (b) horumq; qualitates (c) modo ad cause decisionem pertineant (d) Objectum probationis constituunt, non verò qua sunt juris (e) & notoria facti (f) Nec interest negotium sit civile an criminale (g)

a) l. 16. C. de prob. l. 4. ff. eod. & passim in 11 ff. & C. de prob. Wes. in par. ff. eod. n. 7. & ibi A. quoq; Habn. Perez in Cod. d. t. n. 3. Bacch. ad Tr. vol. 2. d. 4. th. 1. litt. b. Rosb. pr. civil. tit. 13. n. 4. probabiliter n. ignorantur c. 1. de conslit. in 6. l. 1. & 11. de J. & F. J. nec præsumuntur arg. c. 31. X. de off. & potest. jud. deleg. Gaill. l. O. 36. n. 16. ut allegatione tantum opus sit, veluti in consuetudine constituta. b) i. e. si dubia sint, nam per negationem res B. sit dubia, incerta & controversa l. 3. C. quib; ad lib. proclam. unde quoq; Barchoy d. l. in factis perpetuum esse dicit, ut, nisi negentur, probationis objectum non constituent. c) l. 4. §. 12 ff. de vi bon. rapt. l. 7. §. 2. ff. ex quib. causis in poss. ear. Si nempe qualitas sit de substantia actionis propositæ Masc. Concl. 1248. n. 51. vel intentio agentis super illa qualitate sit fundata Gaill. l. O. 3. n. 5. aut qualitas alter et naturam actionis Myns. l. O. 40. adeoq; si factum probetur omissa qualitate, factum in iudicium non videtur esse deductum Myns. 4. O. 80. n. 6. nec sequi debet sententia condemnatoria Myns. l. O. 40. quamvis actor tunc in expensis condemnetur Gaill. d. l. d. l. 23 ff. de Prob. Specul. d. 2. §. nunc a. videndū n. 1. aliena n. & extra causam facientia, tanquā inutilia sunt rejicienda arg. l. 22. C. de prob. l. 11. ff. eod. Wes. in par. ff. d. t. n. 7. juxta vulgatum, quæ probata non relevant, ad probandum non admittuntur Gaill. l. O. 81. n. 13. etiam si partes maximè velint Tr. vol. 2. d. 4. th. 5. litt. C. ibiq; Bacch. Sic in articulis libellis (qui secundum constitutionem Meklenburgicam tit. 11. in causis, quibus examen testium & singulæ responsiones sunt necessariae, admittuntur, quamvis ex Novissimo Recepto de anno 1654. §. diesem Rechtsen beyhm dritten Punct non nisi summarii sint exhibendi) Judex sine partis citatione eos articulos rejicere de-

debet, qui sunt in totum (nam si contineant & pertinentem hujus favore toti sustinentur si conjunctio sit individua) Impertinentes, adeo, ut ne quidem illos cum clausula, salvo jure impertinentiū recipiat, nisi in casu dubio *Gaill. d. O. n. 12. 9. & 17.* Supervacanea quoq; est illa clausula, de se non adstringendo ad superfluas probationes, cum in libello non omnia sed quæ tantum, ad victoriam sunt necessaria, probanda veniant *Bacch. ad Tr. vol. 2. d. 4. th. 5.* In praxi tñ. illam clausulã maximè esse utilem docet *Hahn. ad Wesf. de prob. n. 7. inf. e)* Intellige jus commune vel legem minus controversam cujusve sententia non est dubia *Bacch. ad Tr. d. d. th. 1. litt. b. inf. non v.* jus speciale *Pacian. de prob. l. 2. c. 52. n. 12.* nec jus partis s. potestatem à lege parti cõcessam, de qua *L. 5 ff. de prob. est intelligenda.* Et ipsa jura non solum non indigent probatione, sed etiam nec allegatione *arg. l. un. C. quæ des. advoc. part. jud. suppl.* quamvis ad meliorem instructionem judicis allegari possint *Mar. de ord. proc. p. 6. act. 10. n. 50.* talesq; allegationes parti adversæ edi debeant *Jas. in l. 1. §. 3. ff. de Ed. & praxi ita quotidie observat. f)* *c. 3. X. de Test. cog. c. 17. caus. 2. q. 1. Gaill. 2. O. 31. n. 18. & O. 46. n. 22. Myns. 6. O. 3.* sive sint facti, quod desumitur juris providentia vel ex actibus judiciariis, puta confessione spontanea & justa sententia *c. 7. & ult. X. de coh. cler. & mul. Canonistis vocantur notoria juris Spec. de not. crim. §. jam dx notorio n. 2. Salyc. ad l. 7. C. de accus. n. 64.* vel ex publicis & evidentibus circumstantiis *Salyc. d. l. & appellantur notoria præsumtionis Specul. d. l. n. 1.* Sive sint facti, quod sui evidentia demonstratur *d. c. ult. & c. 3. X. de test. cog.* quæ simpliciter dicuntur notoria facti, & sunt nihil aliud, quàm facta, quæ conspectui hominum exhibita nulla tergiversatione celari possunt *d. c. ult. c. 24. X. de V. S.* Nec interest hæc sint facti permanentis an v. transentis & interpellati, modo judici, ut judici, constet, illa, de quibus quæritur esse notoria *caus. 2. q. 1. can. 17. §. sed sciendum & can. 19. §. quando v. & can. 20. vers. quando a. Vid. Salyc. d. l. n. 79. & 80.* Alleganda tñ. & proponenda sunt

G. si ab onere probandi relevare debent *Gaill. & Myns. dd. ll. Masc. concl. 108. n. 1. g) l. f. C. de prob. l. 4. C. de Ed. Bacch. ad Tr. vol. 2. de 4. th. 1. litt. b.* Et est negotium civile quod de causis l. negotiis civilibus actione vel reali vel personali peragitur, criminale quod delictorum tam privatorum quàm publicorum causam persequitur.

CONCLUSIO IV.

Modi, quibus judex de re aliqua informatur plene sunt Testes (a) Instrumenta (b) Confessio (c) Evidentia (d) Juramentum (e) Justa præsumtio (f). Quando verò semiplenè sit probatum, ejus rei cognitio judici est relinquenda (g)

A. a) Ad minimum duo *l. 12. ff. de testib. c. 23. & 28. X. eod; Deut. c. 19, 15. c. 17, 6. Matth. 18, 16.* f. agatur de causa civili s. criminali s. profana s. Ecclesiastica *Hahn. ad Wesf. de test. n. 6.* licet non sint rogati *l. 11. ff. de test. nisi plures & rogati de jure requirantur l. f. cum auth. seq. C. si cert. pot. §. 3. J. l. 21. §. pen. ff. de testam. l. f. §. f. C. de Cod. l. 23. C. ad scē. Vellej.*

*Vellej. 2. §. 57. Sint v. omni exceptione majores d. c. 23. c. 47. X. l. 18. C. de test. d. 2. §. 57. l. 14. in f. C. de contr. & commit. Stip. Reyg. in repert. jur. sub lit. P. Unde etiam i. de ratione scientiæ interrogati eam reddere tenentur, si nolint, suam assertionem esse nullam l. 4. C. de test. Idq; per sensum corporeum, per quem ipsimet, non alii percipiunt rem, de qua deponunt *Hahn. ad Wes. d. l. n. 7.* ubi simul habentur exceptiones, quando testes etiam non interrogati rationem sui dicti reddere coguntur. 2. debent esse testes citati l. 1. §. 2. de test. 3. Post L. C. præsentem parte adversa vel certe peremptoriè citata producti c. 6. X. ut lib. non contest. c. 2. X. de test. auth. Si quis C. d. t. & examinati à iudice causæ *Hahn. ad Wes. d. l. n. 7. in f.* si tn. testes sint peregrini, interest, num in loco, ubi causa agatur, reperiantur, an v. absint, priori casu à iudice causæ examinentur, posteriori per litteras mutui compassi, præsertim si nolint citati comparere, à iudice ejus loci ubi larem fovent, aut si nullibi sedem habent fixam, ubi reperiantur, testes esse cogantur, nec examinatio statim est nulla, si sine interrogatoriis est facta *Gaill. 1. O. 95. n. 7. Hahn. ad Wes. de test. n. 4.* 4. Exiguntur testes jurati, etiamsi sint Clerici causaq; summaria l. 9. & 18. C. d. t. c. 5. X. eod. adeo ut ad valetudine impeditos domum mitti oporteat ad juramentum de veritate dicenda præstandum l. 15 ff. de jurej. nisi forte illud à parte adversa remittatur c. 39. X. de test. aut testes in arte sua sint Medici *Gaill. 2. O. 111. n. 14.* 5. Jejuni c. 1. X. eod. 6. Sese non offerentes arg. l. 25 ff. de proc. 7. non singulares c. 9. X. de prob. 8. non prohibiti l. 1. §. 1. ff. de test. Repelluntur autem à testimonio I. Domestici l. 3. C. de test. l. 24. ff. eod. ut sunt i. liberi & parentes tam pro se quam adversus se l. 4. l. 9. ff. l. 6. C. eod. in contractibus & criminalibus causis, non vero in matrimonio conjungendo aut disjungendo c. 3. X. qui matr. accus. poss. nisi prægnans causa parentes reddat suspectos c. 22. X. de test. 2. Fratres in causa criminali arg. c. 18. caus. 3. q. 9. adeo ut ad testificandum nec in civili contra se compelli nequeant arg. l. 4. ff. de test. can. 3. caus. 4. q. 2. & 3. *Farin. de test. q. 5. n. 102, 113, 97, 98.* Idem obtinet in affinibus & consanguineis *Id. q. 53. can. 1. & 12. caus. 3. q. 5.* 3. Vir & uxor l. 4. l. 24. ff. de test. Sponsus & Sponsa arg. l. 8. de cond. caus. dat. l. 4. de fund. dot. & l. 3. ff. ad L. Pomp. de parric. Amasii & focarii mutuo illicite depereuntes *Farin. q. 54. n. 217.* 4. Liberti & Patroni d. l. 4. can. 3. caus. 4. q. 3. l. 12. C. de test. 5. Servi & domini c. 10. in f. X. de V. S. l. 3. & 8. C. de test. l. 6. l. 24. ff. d. 3. Item Coloni, Adscriptitii, mercenarii, qui operas suas alicui locant, aliq; omnes, qui in servitio sunt bonaq; fide serviunt arg. l. 25. §. 2 ff. de edit. ed. l. 11. §. 1 ff. de pœn. l. f. §. 5. C. de his qui ad Eccl. His quidam addunt Vasallos & subditos, sed illi rectè pro suo & contra suum dominum, non sævum s. terribilem admittuntur 2. f. 33. *Farin. q. 55. n. 182 & 191, 203.* maxime quoad ea, quæ gesta sunt in territorio domini, modo non sint viles & pauperes *Id. n. 208.* licet admissi non sint integræ fidei *Hahn. ad Wes. de test. n. 3.* Interdum tn. domestici, si aliter veritas haberi nequeat, tamen civili quàm criminali ad testimonium dandum admittuntur, præcipuè in factis domesticis l. 3. C. de naufr. l. 8. §. 6. C. de repud. & tunc quidem*

si ad in-

si ad instantiam alicujus tertii producantur tam pro se quam contra se plene probant, si v. ad instantiam domini pro se non sunt integræ fidei, contra se v. sic *Far. d. q. n. 54, 55, 56.* Item si volente adversario producantur *arg. l. per. C. de pact. II.* Re-
 pelluntur à testimonio infames *c. q. caus. 3. q. 5. l. 3. §. 1. & 5. ff. de test. c. 47. X. d. t. l. sint*
infames infamia juris immediate vel mediate per sententiam judicis, secundum
LL. & modum judicarium prolatam dd. text. junct. can. 2. §. porro caus. 3. q. 7. l. sint
infames infamia facti l. 3. §. 5. ff. de test. junct. l. 2. ff. de obseq. c. 54. X. de test. cum hac dif-
ferentia, ut illi neq; in civili neq; in criminali causa admittantur d. c. 54. hi v. in ci-
vilibus & modicis cum deminutione fidei Hahn. ad Wesf. de test. n. 8. In Crimina-
libus a. & arduis neutiquam d. c. 47. & d. c. 54. Item ob levem maculam castratores
suum, carnifices & spūsii l. 3. §. 1. & 5. ff. de test. si sc. conser, tales eos esse, si non,
& interrogentur, respondere non tenentur Rec. Imp. de Anno 1654. 5. Es sollen aber
feine. III. Impuberes l. 3. §. 5. ff. de test. l. sint infantes l. infantie proximi arg. §. 9.
J. de inur. stipul. & l. 1. C. de fals. mon. non v. pubertati proximi arg. l. III. de R. J. l. 19. §. 1.
de test. Quicquid tñ. in pupillari ætate viderint vel audiverint puberes facti de illis
testari possunt Sohn: ad J. de test. ord. §. 6. n. 6. Idem obtinet in minoribus 20. annis
l. 20. h. l. licet in civilibus probent d. l. 20. & arg. l. 3. §. 5. eod. Farin: q. 58. n. 19. & seqq.
Senes quod attinet, illi etiam inviti cogi possunt l. 8. ff. de test. sicut nec mulieres &
hermaphrodyti tam in civilibus, quam criminalibus arcentur l. 18. ff. de test. idq;
tam de J. C. quam Canonico, excepto testamento §. 6 J. de test. ord. Codicillis Sush:
disp. 7. th. 46. & feudo, s. illud sit masculinum s. fæmininum s. illud ligium s. non li-
gium 2. f. 32. l. ult. IV. Ratione officii Judex arg. l. 6. C. de postul. Farin: q. 60. n. 92.
Tutores & Curatores in causa pupilli arg. l. 10. ff. & C. de test. Advocati & Procura-
tores in causa clientulorum suorum l. ult. d. l. V. Ob utilitatem s. lucrum Proxe-
netæ, nisi de consensu utriusq; partis Gaill: 1. O. 100. n. 19. Pecunia corrupti l. 3. §. 5. ff.
de test. c. 10. X. de præf. Item pauperes d. l. 3. pr. nisi sint honestæ & integræ opinionis
VI. Quilibet in propria sua causa l. 10. ff. & C. de test. etiã si sit valde legalis & in arti-
culo mortis constitutus l. 3. §. 1. ad Sct. Syll: Hahn. ad Wesf. d. t. n. 3. qui & huic regule
annehit exceptionē. VII. Extranei in judicio feudali 2. f. 2. 2. f. 32. 2. f. 33. §. 1. 1. f. 4. pr. &
§. 3. quãtūvis maxime fide digni & idonei 1. f. 10. VIII. Ob animi & corporis vitium
Furiosi, mente capti arg. §. 1. J. quib: non est perm. l. 20. §. 4. ff. qui test. fas: Ebrii Hahn:
d. l. Muti & surdi s. sint disjunctim tales vel cõjunctim Oldend: de test. §. 15. etiã si literas
scribere sciant c. 15. caus. 3. q. 9. & caus. 5. q. 2. c. 3. l. 3. §. 3. 4. ff. de test. si tñ. nutu & signis
certis ac indubitatè mentem suã exponere possint, in civilibus de his, quæ cadunt
sub sensu illorum, in quo non sunt impediti, in criminalibus v. non, nisi veritas al-
liter haberi nequeat, testari queunt Farin: q. 6, n. 45, 46, 48, 49. Item prodigi Oldend:
d. l. §. 16. Cæci de visu, non v. de auditu, modo notas habeant contrahentium vo-
ces, uti nec de his, quæ ante cæcitatem viderunt Old: d. l. Farin: q. 63, n. 19, 24, 32. &
seqq. IX. Socii s. sint socii omnium bonorum s. alicujus rei particularis, modo aga-
tur de

cur de re communi, & focii ex depositione commodū consequi possunt, & damnum
 evitare, nec interest, an societas sit contracta incidenter an v. ex conventionē *Far. q.*
69. n. 318. & 402. Item focii criminis *l. 11 C. de test. l. ult. C. de acc. c. 1. X de 9f.* Exceptiones
 v. ap. *Oldend. tr. de test. §. 8. X. Amici & inimici l. 3. pr. ff. de test. Nov. 90. c. 7.* In praxi tñ.
 amicos indistinctē subdeminutione fidei admitti posse testatur *Farnaceus q. 55. n. 243.*
XI. Homines de Universitate in causā universitatis singulos concernente *Mench. de*
A. l. Q. cas. 106. Ult. mō circa testes norandū quod quidem parti adversæ contra quam
 testes producuntur, integrum sit contra personā testium excipere, non v. producenti
l. 17. C. de test. licet hic contra testium dicta excipere possit Far. q. 62. n. 228. Quando v.
 testes inhabiles admittantur. vide *Far. d. q. n. 90 99 104 & 106, no. 175.* b) Tam publica, **B.**
 quā privata, tam Originalia, quā Exemplaria, modo hæc autoritate iudicis ex o-
 riginali sint transumpta *c. pen. & ult. X. de fid. instr. l. intra acta reperta & ex iplo origi-*
nali, apud iudicem producta, per ipsum causæ notariū, descripta Myns. 6. obs. 75. n. 1. vel
ex Archivo publica fide extracta Nov. 49. c. 2. §. 2. Item si sint mutuo partiū consensu de-
 scripta l. semel à partibus approbata *Hahn. ad Wes. d. t. n. 7.* Sic & liber rationum, qui
 est confectus ab officiali ratione officii publici *l. 9. §. 2. ff. de edend. ib. q. Salyc. &*
ad l. 1. C. de ed. n. 9. l. 10. ff. de pr. Privata v. non solum adversus scribentem & pro scribente
 sed et. pro tertio adversus tertium, quando illa v. à tribus testibus, si debitū 50. auri
 libras excedat *l. 17. C. si cert. per. l. 1. & auth. seq. C. qui potior. in pign. aut si debitum libram*
auri superet & ab Imperito contractus in scriptis sit celebratus, à quinq; testibus Auth.
sed novo jure C. si cert. per. sunt subscripta & testes scripturā subscriptionesq; sunt con-
fessi Salyc. ad l. 3. C. de reb. cred. n. 11. aut si non sint subscripta, modo iis præsentibus sint
confecta & testes de iis testificentur Nov. 73. c. 2. Contra scribentem tantum nuda Syn-
 grapha *l. 13. C. de non num. pec. l. 26. §. ff. de pos. Antapocha l. 19. C. de fid. instr. Apocha sive*
Quitrantra d. l. 19. l. f. §. 2. ff. de cond. ind. Liber rationum privatarum l. 6. C. de prob. Anno-
tatio privata l. 5. l. 7. C. de prob. l. ult. C. de convent. fise. & deniq; Epistola d. l. 26. §. ult. de-
pos. Publica instrumenta sunt l. absolute talia l. 2. dum quid Boc. cl. 5. d. 31. th. 5. Illa quæ
sint l. ita dicantur, habet Wes. n. 2. & Hahn. ad n. 2. de fid. instr. Hæc solenni forma con-
scribuntur vel per Not. publ. etiam inhabilem, modo hic non sit putativus Perez in
Cod. d. l. requisitum tñ. & rogatum l. 17. C. d. t. Nov. 44. pr. vel per privatū subscribentem
cum tribus testibus l. tribus testibus præsentibus absq; subscriptione l. 11. C. qui pot. in
pign. cum seq. auth. Requisita Instrumenti Notariorum docet Constitutio Maximil. de
Anno 1512. §. Nachdem/ ubi quidem invocatio nominis divini non est de substantia,
Instrumenta v. in pergamento scribantur §. Item die Notarien sollen sich auch hüten
nisi de consuetudine aliter sit receptum Gaill. l. O. 119. n. 3. quam tñ. consuetudinem,
minime esse extendendā ad cōfectionem instrumenti Appellationis Cameralis ob de-
negatos processus inculcat Hahn. ad Wes. de fid. instr. n. 4. Est a. Notariorum scriptura
l. schedula quædā non descripta in protocollo & nuncupatur Filzia, Mench. de arb.
Jud. Q. cas. 187. n. 24. vel Protocollū Nov. 44. c. f. seu libellus in quo omnia & singula

B

coram

coram se peracta negotia summarie ac ordinate consignat, vel deniq; transumptum, quod e protocolis solenni forma cum plena rei gesta expositione desumitur & extenditur inq; judiciis plene probat. *Id. n. 4.* Et quamvis adhuc hodie nostri Notarii Filziam usurpent, quando ad instrum: appellat: vel alium actum requiruntur, rectius tn. fungerentur officio suo, si statim protocollo fideliter gesta inferant, ut ex eo instrumenta levare possint, magnumq; dispendium & partium dissensio evitetur, qua oriri solent ex incogitata Notarii morte l. alio simili, ob quod reposita in filziis non sunt relata in protocollum *Menoch. d. l. n. 25. & seqq.* Caterum instrumenta (qua non dici possunt stricti juris) paratam quidem non habeant executionem, nisi sint garantigiata *R. I. III. Speyer, anno 1600. §.* Ob auch auff obiigationes, eandem tamen eum testibus in exercendis litibus vim obtinent *l. 15. C. de fid. instr. modo illorum fides non incipiat vacillare, quod fit, quando instrumenta sint viciata per lituram, inductionem aut rasuram c. 6. & 7. X. d. t. l. pen. C. de prob. Perez in Cod. de fid. instr. n. 10. vel quando sunt in aliqua parte falsi d. c. 6. X. d. t. & d. l. pen. & tunc non solum illa pars corrui, sed & totum instrumentum, si ex dolo notarii falsitas convincatur l. haec circa negotii substantiam deprehendatur l. 42. C. de transact. Perez in Cod. de fid. instr. n. 11. & 14.* Infringitur et. fides instrumentorum l. testibus l. per scripturam contrariam, Testibus, quando testis instrumenti, falsitatem detegant *c. 10. X. de fid. instr. vel iis praesentibus apud acta quis declarat, se non usurum instrumento de cujus fide dubitatur l. 3. C. d. t.* Quot vero testes ad reprobationem sufficiant, de hoc recipitur *serra vid. Perez. d. l. n. 14. & Salyc. in l. 15. C. d. t. n. 4. & seqq.* Nos id arbitrio iudicis relinquimus qui perpensis tam instrumenti, quam testium qualitate & quantitate interdum plures duobus omni exceptione majoribus exposcit, Per scripturam evellitur fides, quando ab una eademq; parte diversa ac contraria producuntur instrumenta *l. 14. C. d. t. arg. l. 188. pr. de R. I.* Quod attinet instrumentorum productionem, editionem & amissionem, productio in qualibet iudicii parte etiam post publicatas attestaciones ante conclusionem usq; ad sententiam definitivam fieri potest *c. 9. X. de fid. instr. Gaik. l. O. 107. n. 4. ita tn. ut malitiose differens condemnetur in expensas Gaik. l. O. 24. n. 2.* Nec interest, quod productio fiat die feriato *Masc. vol. 1. q. 6. n. 155.* uti nec necesse est, ut pars profrens semper in actis relinquat originalia *Marant. de instr. prod. n. 19.* nisi sit originale mandati procuratoris ad unam causam *Masc. d. l. n. 158. & 159.* Semel v. facta productione si fides instrumento sit data, non cogitur quis iterum illud producere, nisi aliter velit instrumentum falsum redarguere, & tunc fiat reproductio, eo, qui petit reproductioem, prius jurante, instrumentum sibi esse suspectum, illudq; falsi arguere posse nec calumniandi animo eam petere *l. pen. C. de fid. instr.* Si tn. praetendens instrumenti deperditionem juramento illam confirmet, liberatur reproductioe, jurare v. nolens, licet instrumentum ut falsa chartula rejiciatur, non tn. ceu falsarius punitur *d. l. pen. ult. in f. C. eod. idq; ad exemplum ejus, qui utitur eo instrumento, de quo alius accusatus falsi victus est nec appellavit l. 2. C. d. t.* Nec solum producitur instrumentu

coram

coram iudice ordinario, sed etiam ex delegatione coram alio iudice *l. 18. C. d. t. eum*
auth. seq. De hac v. commissione instrumentorum, quâdo sc. & in qua forma illa fiat,
 quomodo et. differat commissio in meliori forma à communi videantur *Gaill. l. O.*
96. n. 3. & O. 94. n. 1. Guilelm. Rod l. 3. de proc. caus. tit. 114. § 11. 12. & 14. Circa editionem
 instrumentorum observandum, quod illa vel sint producta in iudicio ad fidem pro-
 bationis & tunc mandato iudicis tam auctori, quàm reo, imò omnibus quorum in-
 terest, toties, quoties petantur, cum consule & die edenda sunt à Notario iudicis *l. 2.*
C. de Ed. wes in par. ff. d. t. n. 12. & 13. Pac. de prob l. 1 tit. 64. n. 34. & 74. tit. 65. n. 82, 83, 88,
109, 111, 122. tit. 66. n. 42. Vel non sunt producta sed petuntur ad deliberandum & tunc
 interest 1. inter rationes & alia instrumenta 2. inter auctorem & reum, Et quidem, qui-
 libet, et. qui fisci nomine aliquid petit, omnes rationes, et. illas, quibus contra reum
 non est usus, reo petenti edere tenetur *l. 5. & 6. C. de edend. Perez. in Cod. d. t. n. 9.* et-
 iam ante L. C. cum die ac consule *l. 1. §. 2. ff. de Edend. l. 6. §. 6. eod. Hahn. ad wes. d. t. n. 13.*
 Alia instrumenta non nisi quibus contra reum est usus *l. 1. §. 3. ff. d. t. eaq. sine die ac*
consule l. 1. §. 2. ff. d. t. exceptis quibusdam fallentiis, quas vide apud Pacian. d. t. l. 1. tit.
66. n. 67. & seqq. Hahn. ad wes. de edend. n. 13. Reus quidem auctori nulla instrumenta ad-
 versus se edere tenetur *l. 1. & 4. C. de Ed. c. 1. X. de prob. nisi quoad fundandam auctoris re-
 plicationem l. f. C. de fid. instr. & ad auctoris intentionem coadjurandam Bart. in l. 1. §. 3.*
ff. de Ed. aliisq. casibus exceptis, quos notat Hahn. ad wes. d. t. n. 12 & Pacian. d. t. l. 1. tit.
63. n. 1. 46. & seqq. it. tit. 64. n. 88. & seqq. Adversus alterum v. illa l. officio iudicis s. mer-
 cenario s. nobili vel ordinaria actione *Pac. l. 1. tit. 66. n. 9, 10, 16, 22.* exhibere cogitur in
 aliena lite & in iudicio, in quo causa agitur, si postulanti proficit exhibitio nec produ-
 centi noceat editio, idq. sumptibus postulantis, qui jurabit sibi necessariam esse editio-
 nem nec proferenti obfuturam *l. ult. C. de fid. instr.* Num v. integrum instrumentum,
 an tantum pars illa, de qua controversitur, sit edenda decisum nobis est in *l. 10. §. 2. ff.*
de Edend. & c. 5. X. de fid. instr. cujus decisionis fallentias vide apud Glos. in l. 1. §. 2. ff. de Ed. &
apud Pacian. d. t. l. 1. c. 66. n. 42. & seqq. De amissione instrumentorum sciendum, quod
 ea vel testibus vel iurejurando probata *arg. l. 18. in f. C. de test. & l. f. C. de fid. instr.* non
 noceat tam creditori, quàm debitori, modo aliunde constet & probari possit instru-
 menti tenor *l. 1. 4, 5, 6, 7. & n. C. d. t.* Creditor igitur amisso casu debitoris chirographo
 l. debitor amissa Apocha, debitorem l. creditorem officio iudicis ad novâ obligatio-
 nem conscribendam vel novâ Apocham tradendam compellere possunt *Gaill. 2. O. 37. n. 1. per*
text. l. 57. ff. de Adm. tut. Et hoc etiam procedit in editione instrumentorum deperdi-
 torum, ut si actor casu sua amiserit instrumenta nec originalia supersint reus ad eden-
 da illa officio iudicis cogi possit *l. 6. §. f. ff. de edend.* Instrumenti verò tenoris probatio
 fieri debet per eos testes, qui negotio interfuere, quiq. renunciant non modo vidisse
 ac legisse instrumentum sed et. quid cõplecteretur *c. 12. X. de privil. l. 15. C. de fid. instr.*
 Quod si non sint amissa sed vetustate aut putredine corrosa deperditave, renovatio
 parte adversa citata fiat corâ iudice ordinario vel ab eo delegato, qui vetera instrum:

prius inspiciat, ne fraus committatur inter scribendum *c. ult. X. de fid. instr. Gaill. 2. O.*
C. 37. n. ii. c) Sive sit judicialis *Masc. vol. 1. q. 7. n. 3. Mar p 6. ad. 5. n. 21. f. extrajudicialis, eaq;*
vel simplex vel geminata, modo simplex fiat per verba dispositiva, & probata sit per
duos testes l. 13. *C. de non num. pec. Nov. 90. c. 2. Mar. d. l. n. 2. & 4. Perez. in Cod. de conf. n. 18.*
idq; in causa civili, in criminali n. judici tantum facit causam inquirendi *Clar. l. 5. sent.*
§. 9. q. 21. n. 31. & indicium ad torturam Masc. vol. 3. concl. 1385. Mar. d. l. n. 3. S. P. O. art. 32.
Nec interest, Extrajudicialis parte absente an v. praesente sit facta *Hahn. ad Wes. n. 10.*
de conf. modo in illa et. requisita confessionis judicialis poenè omnia adsint, & qui-
dem confessus in jure tam antequam post L. C. in causa civili pro judicato habetur
l. 1. & 6. ff. de conf. l. 1. C. d. t. ita ut in confessum post L. C., sententia condemnatoria sit
ferenda l. 3. & 5. ff. d. t. Confessus v. Extrajudicialiter non item d. l. un. C. de conf. Perez.
d. t. n. 6. Sunt a. requisita confessionis judicialis 1. Ut confessio fiat à majore 2 §. annis
l. 6 §. 5. ff. de conf. 2. ut fiat sponte absq; metu & sciens absq; errore can. 1. caus. 15. q. 6.
l. 2. ff. de conf. hinc confessio in tormentis facta non obest, nisi eã ratã habeat remotis
tormentis l. in judicio apud acta l. in vinculis coram duobus l. 2. C. de cust. reor. Const.
Carol. art. 56. §. der Besangene & Matth. Steph. ad d. art. & errore facta revocari pot-
est finito nondum negotio c. 3. X. de conf. & c. ult. de rest. in integ. in 6. Non v. hic excu-
sat error juris, et statuarii l. 9. pr. de l. & F. l. sed facti alieni l. 2. d. t. interdum & proprii,
probaro tñ. prius errore per juramentum allegantis Gaill. 2. O. 48. n. 23. & 24. Quod si
confessio sit facta errore ab Advocato aut procuratore, interest, an sit facta parte ab-
sente, an v. praesente, posteriori casu nocet parti, nisi intra triduum contradixerit
confessionem l. post sententiam appellaverit l. 1. & 3. C. de error. advoc. prior v. casu non,
modo pars probet, rem aliter se habere, quam confessio demonstrat Perez in Cod. de
conf. n. 13. per c. 47. de R. l. in 6. 3. Ut fiat confessio in judicio coram competente ju-
dicel. 56. ff. de rejud. l. un. C. de conf. c. 4. X. de jud. arg. l. 4. §. 1. ff. de interr. in jur. faciend.
4. Ut fiat parte adversa l. ejus procuratore aut tutore praesente & acceptante l. 6. §. 3.
ff. de conf. junct. l. 47. pr. ff. de rejud. Myns. 4. O. 51. An a pars tantum confessionis acce-
ptari possit, quaestionis est? Nos distinguimus inter confessionem simplicem &
conditionalem l. qualificatã primo casu aut illa confessio pura continet plura capi-
tula connexa, quae uno eodemq; tempore potuere contingere, aut separata, illo casu
non admittitur divisio; posteriori v. sic Hahn. ad Wes. de conf. n. 10. Secundo casu ite-
rum interest an talis confessio sit in unica oratione, aut in duabus, connexis tñ., an v.
in duabus separatis, prioribus duobus casibus non valet acceptatio partis, sed h. ro-
rum acceptari aut reprobari debet Pac. de prob. l. 1. c. 24. n. 4. qui etiam aliquot limitatio-
nes addidit n. 13, 26, 27. posteriori casu sic Id. n. 42. 5. Ut fiat confessio in casu civili,
non criminali l. 1. §. 17. junct. §. ult. ff. de quest. quãvis confessio in criminali operetur in-
jectionem in carcerem l. 5. ff. de cust. & exhib. reor. & concurrentibus aliis legitimis in-
dictis et. torturã. 6. Contra confitentem l. 7. C. de prob. l. 71. §. 1. ff. de inter. in jur. fac. c. 2.
d. de conf. l. 74. de R. l. hinc socius contra alium confessus nihil fidei facit, ut ex eo solo

ei poena

ei pœna infligi possit, præterquam in crimine læsæ majestatis *c. 1. X. de conf.* licet ob suspicionem, quæ incipit ex confessione alicujus laborare, injungatur ipsi purgatio *d. c. inf.* Nec et. dubium est, ob talem confessionem quempiam non solum licite incarcerari sed & concurrentibus requisitis torqueri posse *Const. crim. art. 31. 7.* Ut fiat confessio à domino causæ *l. 6. §. 4. ff. de conf.* nam procuratoris l. advocati confessio non nocet domino *arg. l. 74. ff. de R. I.* nisi hi speciale habuerint mandatum *l. 3. §. 1. quod quisq. jur.* & tunc jussi respondere à giudice ad positiones adversarii, si non responderint, habentur in præjudicium domini pro confessis *c. 2. de conf. in 6.* ut tñ. dominus damna ac interesse actione mādati petere possit si advocatus sit solvendo *arg. l. 6. §. 1. ff. mand. Gaill. l. O. 45. n. 6.* Sed quid si absens ultro & sine mandato defendatur? Confessio non nocet defenso *l. 9. §. 4. de interr. in jur. fac.* nisi hic approbet defensoris confessionem *Perez in Cod. de conf. n. 12. 8.* Deniq; ut confessio fiat super re certa *l. 6. in pr. ff. de conf.* quæ nec naturæ nec favori nec juri adversatur *Gloss. in l. un. C. d. l. 13. in f. pr. l. 14. ff. de int. in jur. fac. Masc. vol. 1. q. 7. n. 32, 34. Specul. de conf. §. Sequitur n. 4.* Ex opinione *Wesembecii in par. ff. de conf. n. 5.* & *Joannis Andreæ in add. ad Specul. in tit. de conf. §. Videndum, in addit. incipiente, Roswedus* requiritur et. ut confessio in judicio fiat ex causa, verum è *Dd.* communi opinione licet quidem confessio sine causa nihil præjudicet *arg. 25. §. ult. ff. de prob. & c. 14. X. de fid. instr.* sed tantum inducat semiplenam probationem faciatq; locum juramento in supplementum semiplenæ probationis *Masc. concl. 345. n. 26, 27.* hoc tñ. fallit t. in confessione in judicio facta *Hahn. ad Wes. de conf. n. 5. Masc. d. concl. n. 16.* 2. Quæ sit ab eo, qui animam agit, & tunc si est obligatoria, interest, an confiteatur se debere prohibita personæ, an v. capaci, priori casu confessio non obligat heredes *l. 37. §. 5. ff. de leg. 3.* posteriori licet quidem exinde utiliter intendatur, æquum tñ. est, ut audiantur cōfitentis heredes, si probare velint causam non subfuisse *l. 28. §. pen. & ult. de lib. leg.* hoc vero non probato valet quidem confessio ad inst. fideicommissi *l. 93. §. 1. de leg. 3.* sed ante mortem confitentis revocari potest *arg. l. 18. de aut. & arg. leg.* etiam si juramento talis confessio sit confirmata modo hac via gravetur legitima heredis *Perez in Cod. de conf. n. 21.* aliàs confessio extra testamentum præsentē parte & acceptante ad instar contractus est irrevocabilis, sicut si testator moribundus confiteatur se esse usurarium & multum tenoris contra jus contraxisse *Perez. d. l. n. 23.* Sin liberatoria, parit debitori exceptionem & actionem contra heredem *l. 1. l. 4. C. de fals. caus. ad leg.* quod et. obtinet in confessione purgatoria, quando dominus vulneratus in testamento purgaverit officium servorum suorum *l. 2. ad Sd. Syll.* cujus legis argumento & exculpatio reo prodest, ut si non simpliciter absolvatur, levius tñ. puniatur. 3. Excipitur in confessione juramento confirmata idq; de jure Canonico *Masc. d. concl. n. 36.* qui & confessionem geminam in instrumento gnarenti giato factam, vel Ecclesiæ aut civitati detam sine causa validam esse docet *n. 52, 55, 61.* d) Hæc induit notorium facti permanentis *Rey. in prom. D. suo sub lit. P.* & locum habet, si controversum judicis oculis subijci queat *Masc. vok. l. c. 8. n. 1.*

c. 8. n. 1. etiam post conclusionem in causa *Mar. de ord. jud. p. 6. act. 15. n. 6.* Cumq; ejus vires longe pateant & quivis hoc sentire possit ne multa dicturus soli videar lumen adhibere, maneat huic probationi laus à *Gail: l. O. 26. n. 9. & Masc. vol. 1. concl. 8. n. 3.* decantata, quod sc. sit firmissima omnium probationum & ob certitudinem cuiq; præferenda. Descriptionem ocularis inspectionis vide apud *Rey. d. l. e) l. n. §. ult. l. 31. pr. ff. de jurej. l. ult. §. 10. C. de jur. del. Salyc. in rubr. C. de prob. l. sit judiciale & extrajudiciale.* Hoc dicitur ideo voluntarium, quod is, cui defertur, nulla necessitate præstandi l. referendi initio adtringatur, sed liberrima voluntate illud l. suscipere l. recusare possit. Semel v. susceptum, quamvis deferenti pœnitere adeoq; revocare jusjur: justa causa interveniente invento sc. chirographo liceat *arg. l. n. C. de reb. cred. Borch. in tr. de jurej. c. 6. n. 11.* deferenti tn. referri nequit, sed omnino præstandum est, nisi quis causa cadere velit *l. 17. pr. ff. de jurej. junct. l. 5. C. de O. & A. & si forte cum certo termino deliberandi sit susceptum, intra illum terminum jurabit, cum delatum prodesse deberet, aliàs elapso tempore, etsi postea jurare paratus, nihil id ei proficiat l. 5. §. ult. de jurej.* Prækito a jurejur. causa ex illo per sententiam decisa æquè parit actionem judicati ac juram: judiciale & necessarium *l. 28. §. ult. h. t. l. 8. O. eod. arg. l. 24. de jud. junct: l. 1. ff. de re jud. nec instrumentis postea repertis perjurii prætextu retractari debet l. 1. C. de reb. cred. nisi causâ favorabilis legatorum & fideicommissorum illud suadeat l. ult. C. d. t.* Judicialis, quod in judicio præstatur plurimæ quidem sunt species, veluti de judicio iusti, calumniæ, malitiæ, dandorum & respondendorum, testimoniale, sed his missis pro hujus loci ratione breviter discutiemus decisorium, quod litis decidendæ causa fit, & est triplex Judiciale in specie sic dictum, Necessarium & in Litem. Judiciale in specie sic dictum, quod pars parti in judicio iudice approbante defert *l. 12. §. 1. C. de reb. cred.* etiamsi nihil aliud præstiterit aut probaverit *d. l. 12. pr. l. 35. pr. ff. de jurej.* quamvis delatum justa ex causa post acceptationem revocare liceat *l. 11. C. d. t.* non tn. detecto perjurio retractari *l. 1. C. d. t.* (quamvis perjurus propter perfidiam & dolum tam de *J. C. l. 13. §. f. ff. h. t. l. ult. ff. Stellion. l. 41. C. de transact. l. f. pr. C. de dign. quàm Canonico c. 17. caus. 6. q. 1. c. 10. & ult. caus. 22. q. 1. c. ult. X. de malef. & morib. puniatur P. D. O. art. 107. & 108.) nec à deferente recusari potest, sed si semel sit susceptum, etiam præstari aut referri debet *d. l. 12. §. 1. & l. 9. C. l. 34. §. 6. & 7. ff. de jurej.* nisi justa aliqua causa impediens adsit, quæ non est si turpis vel pejerare solitus defert, sed si jusjurandum semel fuerit revocatum *l. n. C. de reb. cred.* vel de facto alieno eove quod ignorat, sit jurandum *Sohn ad §. 11. 7. de act. n. 88. per l. 11. §. 2. 3. ff. de rev. amort. vel plenè quis probare velit arg. l. 11. C. h. t. l. 8. ff. de cond. & inst. vel deferens de calumnia jurare recuset l. 34. §. 4. & 7. de jurej.* vel causa sit talis quæ relationem non admittit, ut causa famosa & actiones ex delicto descendentes *l. 17. §. f. & l. seq. ff. rer. amort. c. f. X. de jurej.* Necessarium est vel suppletorium l. purgatorium, suppletorium Judex in causis dubiis prævia causæ cognitione alterutri litigantium, semiplenè probanti (modo hic probabiliter ex sensu aliquo corporeo rei veritatem sciat & sit honestæ vitæ, nec semiplena probatio per aliquam*

aliquam præsumtionem sit elisa *Hahn. ad Wes. de jurej. n. 10.*) ex inopia probationum
 pro exploranda veritate, et. ex officio deferre tenetur *l. 3. C. de reb. cred. l. 31 ff. de jurej.*
junct. c. 11. caus. 36. q. 5. Gaill. 1. O. n. 108. nec impedit illius delationem causæ conclusio *d. l.*
3. d. c. ult. Salyc. ad d. l. 3. n. 29. Quod si tam actor quàm reus semiplenè probaverit, nec
 pro alterutro major præsumtio victoriæ & veritatis adsit, interest an rei exceptio se-
 miplene probata sit directo contraria intentioni actoris semiplenè probantis, ita ut
 invicem se non compatiantur, an v. non, priori casu, cum sint in pari causa reusque
 favorabilior actore *l. 25 d. R. I. reus est absolvendus absq; delatione juramenti l. 4. C. de*
Edend: posteriori casu licet actor probaverit suam intentionem, reo tn. deferri debet
 sacramentum super exceptione semiplenè probata, sicut actori, quando reus nihil
 probavit *Salyc. ad l. 3 C de R. C. n. 26.* Habet locum hoc jusjurandum in civilibus exigui
 ponderis *Jaf. in l. 31. de jurej. n. 260. vers. quintus casus* non criminalibus *l. ult. C. de prob:*
 aut iis, qui maximi sunt momenti *Salyc. ad d. l. n. 27. Jaf. d. l. veluti matrimoniales,* licet
 in his si plus quàm semiplenè fuerit probatum, locus ei relinquatur *Schn. ad 3. de nupt.*
n. 29 de Spons. modo agatur de matrimonio contrahendo, non v. impediendo aut di-
 strahendo *Salyc. ad d. l. 3. n. 6.* Judiciale a: & voluntarium deferri possunt super quavis
 causa civili, tam privata quàm publica & famosa *l. 3. §. 1. l. 9 §. 2. l. 30. §. 3. ff. de jurej. non*
v. criminali, nisi quoad præjudicium partis Salyc. ad d. l. n. 4. Schn. ad §. 11 3 de col n. 22.
§. 24. In matrimonialibus pro matrimonio, non v. contra admittuntur *Schn. d. l. n. 26.*
 Insuper jusjurandum necessariam à cæteris in hoc habet diversam naturam, quod 1.
 nec referri nec remitti possit, sed nulla interposita appellatione (quæ aliàs fieri potest
 non solum ab illius delatione sed et. si sit lata sententia præstito jurejurando *Borch. de*
jurej. c. f. n. 17. Myns 2. O. 14) necessario sub pœna succumbentiæ præstari debeat *d. l. 3. d. l.*
12. §. 2. C. b. 1. Myns. 2. O. 39. nisi revocatio sit facta *arg. l. 11. C. de R. C. junct. l. 14. de re jud.*
 2. Quod prætextu perjurii instrum. postea repertis novis retractetur *l. 31. ff. de jurej.*
 non quidè ipso jure sed num ope restituit. in integrû, dubitam⁹ & res clara fiet in publ.
 discursu. Aliquândo et. juram: alicui delatû habetur pro præstito, si nêpe is, qui susce-
 pit delatû, ante præstationem nulla sua culpa interveniente tempore sententiæ pro-
 nunciatæ aut intra terminum datum ad jurandum decesserit *arg. l. 39. de R. I. junct. l.*
ult. in f. C. ad L. Jul. rep: non tn. eodem modo facultas jurandi ad heredem transit, sed
 hic suam intentionem legitime probare tenetur, quia juramentum personam juran-
 tis non egreditur nec heredem obligat *arg. l. 28 § 1. inf. ff. b. 2. Hahn. ad Wes. de jurej. n. 9.*
 Purgatorium Jusjurandum est, quod judex alterutri litigantium l. in defectum pro-
 bationis, modo quis sit gravatus suspicionibus, minus ad torturam sufficientibus, vel
 quando minus quàm semiplenè contra reum quid sit probatum, ex officio sui pur-
 gandi causa defert *c. ult. de purg: can. Nov: 72 c. 3. auth. auth. Nov. jure C. de pœn: jud. Hahn.*
d. l. O. C. p. 2 tit. 10 Pac. l. 1. c. 39 n. 13. §. 14 & c. 51 n. 23 & 24. Locum habet non solum in
 civilibus, quantumvis famosis, et actione injuriarum, sed etiam criminalibus l. hæc
 sint atrocità l. non d. c. n. r. de purg: can. l. f. C. de abol: l. 6. §. 4. ff. de hu, qui noi: inf. 11. X. de
 purg:

purg. can. Mar. p. 6. act. 9. n. 17. In matrimonialibus v. quando obtineat, satis dilucide inculcavit Dn. à Beust; Effectus illius est, ut si suspectus se purgare nolit, is pro convicto habeatur *c. 8. X. de cohab. cler. & mul. d. O. C. §. Würde sich.* Neq; saltem unus se purget, sæpius etiam plures, veluti si sit ordo vel collegium aliquod de crimine suspectum *d. O. C. c. 12. caus. 2. q. 5.* Olim quidem & alii fuere purgandi modi, veluti per monachiam s. duellum *can. 22. c. 2. q. 5. 2. f. 39. §. pen. c. 1. & 2. X. de vulg. purg.* & qui fiebant periculo aquæ frigidæ (qua etiam olim ex concessione Tuisconis Germanis facta heredes legitimos à spuriis dignotos esse testatur *Frid. Hein. diss. de prob. quæ sit olim per aquam eam frig. quàm fervent.*) vel ferventis *can. 7. caus. 2. c. 2. q. 5.* Ferri itidem candentis *d. c. 7. c. ult. X. de vulg. purg.* de quibus singulis videantur *Masc. vol. 1. q. 4. n. 6. uq. ad 11. Frid. Hein. d. diss.* sed omnium horum usus, quia Deus per eum tentatur *dd. can. merito est abolicus & abrogatus c. ult. X. de purg. vulg. & can. can. 7. 20. 22. caus. 2. q. 5. & c. 8. X. de purg. can. Vult. 2. c. 3. n. 10.* Quemadmodum & iste modus, qui apud Christianos invaluit & sub prætextu alicujus rationis in quibusdam judiciis præpimis in processu Sagarum adhuc approbatur, sc. quando persona suspecta aquæ imponitur & supernatat *arg. c. 7. ibi frigidæ aque & c. 20. d. c. & q. itidem qui fit per sanguinis effluxionem de cadavere interfecti præsentem eo, qui de homicidio est suspectus, recte a cordatis piisque judicibus è foris tanquam superstitiosus eliminatur, adeo ut ne quidem juxta Dd. indicia sint ad torturam legitima *dd. canon. Canon. Boc. tr. de quest. & tort. reor. c. 3. n. 101.* Ubi a. in aliis juramentis ita & in purgationis juramento judex non facilis sed providus & circumspectus esse debet, considerando personas & rei circumstantias idq; ob reverentiam divini numinis *Hahn. ad Wesf. de jurej. n. 14.* Jusjurandum in litem est, quod à judice actori, qui est dominus litis & suo nomine litem est contestatus, defertur contra reum (non v. contra heredem contumacis *l. 2. C. de jurej. in lit. & l. f. C. eodem nisi & ipse sit in dolo l. 3. C. d. l.*) ac probandum æstimationem rei in judicium deductæ *l. 4. §. 1. & l. 7. ff. eod.* Inq; eo æstimatio fit in infinitum *l. 4. §. 2. de jurej. in tit. & locum habet in actionibus tam in rem quam in personam l. 68. de R. V. 5. in pr. ff. de in lit. jur. l. sint. b. f. l. st. j. l. 5. in pr. & §. 4. d. t. modo in st. j. judiciis res non amplius extet *d. l. 5. §. ult. & tam in st. j. quàm b. f. actionibus 1. dolus vel lata culpa sit commissa l. 1. ff. & l. 2. C. de in lit. jur.* 2. agatur de restituendo vel exhibendo *d. l. 1. & l. 2. §. 2.* Quod si nec dolus vellata culpa interveniat, nec de restituendo aut exhibendo agatur æstimatio fiat à judice *l. 4. §. ult. ff. de in lit. jur. l. 2. C. d. t.* Et quamvis judex certum modum jurejurando statuere possit, ut intra certam quantitatem juretur *l. 5. §. 1. ff. d. t. non en. à juram. semel præstito facile recedere solet, nisi reus probationes contrarias contra jusjur. inducere possit, vel aliàs magna causa judicem urgeat, quo minus jusjur. sequatur, d. l. 4. §. 3. d. l. 5. §. 2.* quod & hodiè obtineat *Tr. d. 2. th. ult. litt. d. de cæteris l. judicialibus s. extrajudicialibus juramentis, quæ non sunt hujus loci, petentibus satis-*
*F. facient Hahn. ad Wesf. d. s. aliq. Dd. f) Masc. vol. 1. q. 10. Hahn. ad Wesf. de prob. n. 1. & 2. Bacch.***

Bacch. ad Tr. d. 4. vol. 2. th. 1. vers. qua generali significatione quæ est nihil aliud, quam res dubiæ per rationes & argumenta probabilia ex variis feruim circumstantiis concepta conclusio vid. *Farin. de ind. & tort. q. 36 n. 67 & seqq.* Prout v. unum argumentum altero verisimilius & probabilius est, sic una præsumtio fortior est altera, suosque habet gradus, quæ tñ. sit ratio probabilior vel fortior, hoc arbitrio iudicis est relinquendum *Menoch. cas. 472 n. 1.* Dividitur communiter à Dd. in præsumtionem legis & hominis. Hæc est vel levis vel vehemens vel vehementior s. violenta *Salyc. ad l. sive possidetis C. de prob. n. 2 8.* Quarum violenta & vehemens eundem habent cum præsumptione iuris effectum, modo ratio illarum sit l. eadem l. major *Farin. de ind. q. 36 n. 49.* Num v. ratio sit eadem vel major id in arbitrio iudicis est positum. *Id. n. 96. & 98.* Levis, quam *Salyc. d. l.* dicit potius transire in suspicionem, eo quod ex levi tantum conjectura proveniat, minus quam semiplene probat *Hahn. ad Wes de prob. n. 4. in f.* Præsumtio legis iterum vel est iuris tantum vel iuris & de jure. Hujus & illius exempla passim tam in J. C. quam Canonico habentur, quorum allegatione super sedendum nobis est, cupidos remittentibus ad *Salyc. ad l. 16. C. de prob. n. 16.* & alios Dd. Est autem præsumtio numerationis pecuniæ et lapsu biennii iuris tantum, non v. iuris & de jure. Et quidem præsumtio iuris tantum admittit probationem in contrarium, onusq; probandi in adversarium transfert *l. 2. ff. de prob. Salyc. ad l. 19. C. d. t. n. 17.* nisi ex altera parte fortior est præsumtio *Rosb. prax. civ. tit. 64. n. 38.* Præsumtio v. iuris & de jure non item. Casus tñ. exceptos vide apud *Patian. l. 1. c. 11 n. 4. & seqq.* Causæ, è quibus præsumptiones deducuntur variæ sunt metiendæq; è negotiorum circumstantiis & qualitatibus annexis, de quibus consule *Salyc. ad l. sive possidetis C. de prob. n. 19. & 20. Bald. ad d. l. n. 8.* Præter generales regulas, 1. quod præsumtio semper debeat fieri in meliorem partem 2. quod naturalia (natura vel lege) semper præsumantur adesse & 3. quod mutatio non præsumatur, *Alciar. reg. 1. 2. & 3. de præf. nota,* fictionem, verius ab *Hahnio. de prob. n. 25.* descriptam, non respuere impossibilia *l. 26. de stat. hom. & deferre à mendacio & præsumptione in hoc, quod fictio nitatur æquitate naturali, mendacium v. non, adeoq; de jure est punibile l. 11. §. 3. ff. de inter in jur. fac. l. 5. si cons. jus vel util. publ. & præsumtio sese fundet super re dubia in veritate, cui & cedit. Quomodo a. fictio dividatur & de translativæ subdivisione vide *Hahn. d. l. n. 15.* g) *Paul. Bab. de off. jud. c. 4 n. 5,* Semiplenæ n. probationis species, in conclus. 1. circa finem enarratæ, non semper nec solæ sunt ejus efficaciz, ut æquus iudex ex his parti alteri statim debeat deferre jusjurandum, aut in criminibus devenire ad torturam, sed prius accurate trutinare & expendere debet an & quomodo sit semiplene probatam vel minus, quid vel credendum l. velut parum probatum rejiciendum & cui tandem potius parti iuramentum sit deferendum *l. 31. ff. l. 3. C. de jurej. junct. l. 3. §. 1. & 2. ff. de test.* Quoniam a. illa species prout quidem debent, ob filum disputationis abrumpendum enucleari nequeunt, cupidi harum scientiæ adeant *Salycetum in l. 3 C. de R. C. & ad l. 7. C. de accus. n. 93. Borcholetum in tr. de jurej. c. 8. n. 69. Nicolaum de Pals. de privat. scriptura & Mascardum vol. 2. concl. 319. & seqq.**

CONCLUSIO V. & Ultima.

Si fides juxta solemnitatem, è stylo curia pendentem, facta sit per modos intra terminum præfixum (a) citata parte adversa (b) Judex è probatis (c) sententiam ferre tenetur, inq; judicando eas sequi probationes, quæ necessariò concludunt (d) & prævalent (e)

- A. 1) Quem judex petenti præfigere cogitur & quidem primò a Ætore, deinde reo. Non n. in illius est potestate, dilationem vel dare vel denegare l. 1. C. de dilat. ibiq; Salyc. n. 2. quamvis & sine termino probatio recipi possit (quando sc. nemo de certo termino opponit) Mar. de ord. judic. act. 3. de dilat. n. 13. & plerisq; in locis terminus sit simultaneous tam a Ætore quam reo. Ille a. terminus de jure communi ita moderatur, ut si ex ea provincia, ubi lis agitur, l. persona instrumenta poscatur, non amplius, quam tres, sin extra provinciã, quàm in qualis est, in continentibus provinciis, sex, in transmarinis & aliis longinquis, 9. indulgeatur menses d. l. 1. Et has dilationes judex decurtare non potest, multo minus augere Salyc. d. t. n. 2. Verùm cur hodiè dilationis tempora sint arbitraria O. C. p. 3. tit 16. §. Was aber die dilationes, judex etiam pro distantia loci, qualitateve, tam causæ quàm personarum ea l. breviora l. longiora concedere potest, ut tn. videat, ne terminus probandi l. nimis arctando l. nimis prolongando, materiæ dilationũ gtra l. 2. C. de temp. & repar. appell. amputentur & lites gtra c. 28. X. de re script. laxentur. Vid. Mar. d. l. n. 15. & 17. De cæteris hic notandum, quod dilatio probationis sui natura sit peremptoria Mar. d. l. n. 2. Masc. vol. 1. concl. 516. n. 4. nec in civilibus (in criminalibus n. accusatori duæ, reo v. tres cum causæ cognitione conceduntur dilationes l. ult. f. de fer.) plus quam semel dari debeat l. 7 ff. d. t. & d. l. ult. nisi urgentissima ratione flagitante l. 1. C. de dilat. vel maximè si aliquid inopinati emergat d. l. 7. alia dilatio (in qua eadem attenduntur, quæ in prima) veniat concedenda, quæ tn. ultra quartam non extenditur Guielm. Rod. l. 3. de proc. caus. tit. 25. n. 4. Hæc v. quarta præ cæteris in hoc est privilegiata ut 1. prorogari possit nec 2. assignetur (nisi de consensu partis) absq; solemnitate legali 3. ut postillam probatio non admittatur, sicut nec post publicata testimoniã, nisi in matrimonialibus pro matrimonio dissolvendo & in criminalibus ad probandam rei innocentiam, in his n. duobus casibus nec sententia transit in rem judicatã. Plura de dilationib; vide apud Gaill. l. O. 91. Guid. Roding.
- B. d. l. Salyc. ad l. 1. C. de dilat. b) c. 2. X. de test. et. in examinatione ad perpetuã rei memoriã Gaill. l. O. 49. n. 4. Limitationes suppeditat Farin. l. 2. de test. tit. 8. q. 72. n. 100. & seqq.
- C. c) Non 2 dum propriã suã scientiã aut conscientiã, nisi ex actis & probatis informatã D. v. Gedd. d. 13. th 8. Hahn. ad Wes. de prob. n. 10. & Bacch. v. 1. d. 2. th. 14. d) Non n. omnes probationes debent de necessario esse concludentes arg. l. 9. C. de nupt. l. 1. C. de rep. he. E. red. vid. Sal. ad l. 4. C. unde legit. n. 2. e) Quæ a. prævaleant, id certa doctrina comprehendi nequit, ideoq; concludimus, arbitrium judicis hic plurimum valere arg. l. 3. §. 1. & l. 21. § 3 ff. de test. qui per pensis singularũ probationũ qualitate & dignitate sc. dum leges arbitretur, quæ nam cæteris sit præferenda. Tantum!

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

aliquam præsumtionem sic elisa Hahn. ad Wesf. de pro exploranda veritate, et. ex officio deferre tenentur. *Junct. c. n. caus. 36. q. 5. Gaill. l. O. n. 108. nec impedit illi 3. d. c. ult. Salyc. ad d. l. 3. n. 29.* Quod si tam actor qui pro alterutro major præsumtio victoriæ & veritatis implene probata sit directo contraria intentioni a invicem se non compatiuntur, an v. non, priori causa favorabilior actore. *l. 25 d. R. l. reus est absolvendus Edend: posteriori casu licet actor probaverit suam sacramentum super exceptione semiplenè probaverit Salyc. ad l. 3 C de R. C. n. 26.* Habet locum in ponderis *Jaf. in l. 31. de jurej. n. 260. vers. quintus casus* aut iis, qui maximi sunt momenti *Salyc. ad d. l. n. 27* in his si plus quam semiplenè fuerit probatum, *l. n. 29 de Spons.* modo agatur de matrimonio contrahendo *Salyc. ad d. l. 3. n. 6.* Judiciale a: & voluntaria causa civili, tam privata quam publica & famosa v. criminali, nisi quoad præjudicium partis *Salyc. c. 24.* In matrimonialibus pro matrimonio, non v. Insuper jusjurandum necessariam à cæteris in hoc nec referri nec remitti possit, sed nulla interposita non solum ab illius delatione sed et. si sit lata sententia *jurej. c. f. n. 17. Myns. 2. O. 14)* necessario sub pœna succedat *l. 2. §. 2. C. b. t. Myns. 2. O. 39.* nisi revocatio sit facta. 2. Quod prætextu perjurii instrum. postea reperitur non quidè ipso jure sed num ope restituit. in integro discursu. Aliquãdo et. juram: alicui delatũ habere potest delatũ, ante præstationem nulla sua culpa inter nunciatae aut intra terminum datum ad jurandum *ult: in f. C. ad L. Jul: rep: non tn. eodem modo factis suam intentionem legitime probare tenetur. tuis non egreditur nec heredem obligat arg. l. 28 §. Purgatorium Jusjurandum est, quod judex alter probationis, modo quis sit gravatus suspicionibus, quando minus quam semiplenè contra reum quærandi causa defert *c. ult: de purg: can. Nov: 72 c. 3. au d. l. O. C. p. 2 tit. 10 Pac: l. 1. c. 39. n. 13. c. 14 c. 51 n. 23* civilibus, quantumvis famosis, ut actione injuriarum sint atrociora. non d. c. n. r: de purg: can. l. f. C. de abo*

proopia probationum
cred. l. 31 ff. de jurej.
 causæ conclusio d. l.
 enè probaverit, nec
 an rei exceptio se-
 nè probantis, ita ut
 n pari causa reus que
 e juramenti *L. 4. C. de*
 eo tn. deferri debet
 , quando reus nihil
 n in civilibus exigui
 bus *l. ult. C. de prob:*
 matrimoniales, licet
 ur *Schn. ad 3. de nupt.*
 impediendo aut di-
 ossunt super quavis
 o. *§. 3. ff. de jurej. non*
 ad *§. 11 3 de col n. 22.*
 tuntur *Schn. d. l. n. 26.*
 m naturam, quod i.
 quæ alias fieri potest
 urejurando *Borch. de*
 stari debeat *d. l. 3. d. l.*
 . *Junct. l. 14. de re juda*
 tetur *l. 31. ff. de jurej.*
 res clara fiet in publ.
 , si nẽpe is, qui susce-
 pto sententiæ pro-
 . *l. 39. de R. l. Junct. l.*
 heredem transit, sed
 um personam juran-
 ad *Wesf. de jurej. n. 9.*
 l. in defectum pro-
 am sufficientibus, vel
 n, ex officio sui pur-
 C. de pen: jud. Hahn:
 habet non solum in
 n criminalibus l. hæc
 hus, qui nos: *inf: it. X. de*
 purg:

